

EUGENIUS IV. PAPA. PS. BONAVENTURA

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. (um 1470/1475 nach Wasserzeichenbefund) Seite 90r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31258
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

hodie huiusmodi satisfactiones sunt in arbitrio sacerdotis ut
in c. Deus qui de pe et re et dicit leo papa xxvi q vii
tempora penitudinis habita moderatione constituenda
sunt tuo iudicio pro ut conuersorum animos perspexeris
esse deuotos ex quo patet quod presbiter ponderata contri-
tione peccatorum que plus est deo grata quam modificatio
aliorum et consideratis circumstantiis personarum et condi-
tionum suo arbitrio taxare potest satisfactiones. Si
tamen debet fieri restitutio iniuste possessoris iniu-
riarum illatarum lesis non debet facere gratiam sed inducere
ad plenariam restitutionem si inueniantur illi quibus est
facienda restitutio alioquin pauperibus erogentur illa
dummodo in facultatibus habeat unde possit restituere
cum iuxta verbum beati Augustini Non dimittitur peccatum
nisi restituatur ablatum. Si non habet sufficit restitu-
endi voluntas si tamen ad pigniorem fortunam
peruenit tenetur ut prius. Sed an huiusmodi satisfactio per
confessoris arbitrarie iniuncta et per penitentem
completa tollat omnem obligationem ad penam dicendum
quod sicut qui hominem offendit peccat dupliciter. Primo
quidem contra equalitatem amicitie in quantum debitum
affectum non impendit. Secundo contra equalitatem iustitie
in quantum rem uel obsequium subtrahit sed utrumque
tenetur restituere scilicet amicitiam et rem. Ita etiam
qui deum offendit peccat dupliciter. Primo contra
equalitatem amicitie quia deum debebat diligere
super omnia. Secundo contra equalitatem iustitie quia fuit
ingratus benefactori transgrediendo mandata eius
sed utrumque etiam restituere modo per confessionem
restituta amicitia fit remissio culpe sed remanet
reatus pene. Deus enim iustus et misericors ex misericordia
penitenti ignoscit non reseruans peccatum ad penam
eternam ex iustitia vero impunitum non relinquit sed

De restitutione

An satisfactio tollat omnem obligationem ad penam